

Huic magister, audita confessione sua et imposita penitentia suis precibus, perfectam a domino obtinuit¹ sanitatem, sicut idem sacerdos post fratribus retulit, cum lacrimis beati viri magnificans sanctitatem. Cum autem alia vice magister Jordanus² transiret per Alpes, faber quidam, qui ex calore fornacis visum amiserat³ unius oculi, ab eo cum crucis signo⁴ tactus, statim visum plene recuperavit.

Capitulum XII. De multitudine scolarium, quos ad ordinem traxit⁵. [Jordanus scilicet.] [fol. 22^b. Pal.]

Nam fratres ex una parte flebant pre gaudio et secularibus⁶ pre dolore de⁷ amissione seu separatione suorum. De numero istorum⁸ fuerunt plures, qui post rexerunt in theologia in locis diversis. Inter quos fuit⁹ quidam iuuenis¹⁰ Theutonicus¹¹, quem magister pluries repulerat propter nimiam iuventutem, sed quia tunc¹² cum aliis XX. se immiscuit, durum videbatur magistro, ipsum repellere, cum circumstarent fere mille seculares¹³, sed dixit coram omnibus subridendo: „Unus ex vobis furatur ordinem nobis¹⁴.“ Quod dixit¹⁵ propter iuvenem illum. Unde¹⁶ cum vestiarius¹⁷ non detulisset, nisi XX. parva vestium, oportuit¹⁸, quod fratres exuerunt se, unus cappa¹⁹, alius scapulari, et alius tunica²⁰, quod non poterat vestiarius exire de capitulo pre multitudine scolarium²¹, qui astabant²², tamen iste frater iunior in tantum profecit, quod post fuit lector et optimus predicator. Item frequenter obligavit dictus pater [Jordanus] bibliam suam pro solutione debitorum scolarium, qui intrabant²³.

Capitulum XIV. De nobili, qui volens eum occidere, viso eo, conversus est [fol. 23^a. Pal.]

Cum idem magister Padue, ubi tunc erat studium magnum, instantissime predicaret, recepit quemdam Theutonicum²⁴, genere nobilem, etate floridum, moribus gratiosum, cujus magister et socii prescipientes ingressum, tanquam ministri diaboli, quandam mulierem secundum carnem formosam cum eo in camera concluderunt, ut per voluptatem carnis mentem eius everterent²⁵

¹ optinuit, Pal. ² mag. Jord. fehlt in Pal. ³ amiserat p. m., Pal. ⁴ signo crucis, Vr. ⁵ trahebat, Vr. ⁶ scolares, Vr. ⁷ et de, Vr. ⁸ istorum numero, Vr. ⁹ etiam fuit, Vr. ¹⁰ iuv. quidam, Vr. ¹¹ Theutonicus, Pal. ¹² tunc se, Vr. ¹³ scolares fere mille, sed, Vr. ¹⁴ fehlt in Vr. ¹⁵ dicebat, Pal. ¹⁶ unum, Pal. ¹⁷ vestiarius pr. m., Vr. ¹⁸ oportuit pr. m., Pal. ¹⁹ capa, Pal. ²⁰ al. tun., al. scap., Vr. scapulari, Pal. ²¹ solarium pr. m., Pal. ²² abstant, Pal. ²³ imitantur, Pal. ²⁴ Theutonicum, Pal. ²⁵ averterent, Vr.

a proposito sancto. Sed Christus in eo vicit et ad ordinem eum fortius traxit. Qui etiam postmodum magistrum suum ad ordinem induxit. Denique pater eius, potens et dives, nullum¹ alium filium habuit. Unde audiens ingresum filii ad mortem turbatus, cum multo comitatu venit in Lombardiam² proponens firmiter, vel³ quod filium retraheret⁴, vel quod⁵ occideret magistrum Jordanum⁶. Cum ergo quadam die cum sociis equitans magistrum obviam⁷ haberet, turbato vultu et rapido clamore cepit quasi ab alio fratre querere, ubi esset magister Jordanus?⁸ Nesciens illum esse. Ille vero memor dei, qui ait Judeis: ¹⁰ „ego sum“, leta facie et humili corde respondit: „ego sum magister Jordanus¹¹.“ Mox ille sancti viri virtutem presentiens¹² ex verbo veritatis, prosiliens de equo ad pedes eius se humiliter¹³ prostravit, peccatum, quod contra eum in corde¹⁴ conceperat¹⁵, cum lacrimis confitendo¹⁶ et ait: „iam de filio meo consolatione recepta, promitto tibi, quod cum isto apparatu antequam ad terram meam redeam¹⁷, vadam ultra mare ad¹⁸ servitium dei.“ Quod et fecit¹⁹, habens in committatu fere centum equitaturas.

Capitulum XXIII. [Vr.] Capitulum XXII. [Pal. fol. 25^a.]. De devotione eius ad beatam virginem²⁰ Mariam.

Erat [Jordanus] autem²¹ quam plurimum devotus domine nostre beate Marie, utpote quam sciebat esse sollicitam²² circa promotionem et custodiam ordinis, cuius²³ adiutorio preerat. Aliquando²⁴ frater quidam, curiosa devotione explorans²⁵ et auscultans²⁶, ipsum ante altare beate Marie devotius orantem et sepius: „ave Maria“ cum pondere dicentem, quem sanctus pater oscitantem deprehendens ait: „quis es Tu?“ „ego sum, inquit²⁷, filius Vester Bertoldus“. Cui

¹ alium non, Vr. ² Lombardiam, Vr. ³ fehlt in Pal. ⁴ re-habere, Pal. ⁵ fehlt in Pal. ⁶ mag. Jord. occid., Vr. ⁷ mag. Jord. obviam, Vr. ⁸ turbido, Pal. ⁹ Jordanus, Vr. ¹⁰ fehlt in Pal. ¹¹ Jordanus, Vr. ¹² pres. virt., Vr. ¹³ hum. se, Vr. ¹⁴ corde suo, Vr. ¹⁵ contra eum statuerat, Vr. ¹⁶ confidendo, Pal. ¹⁷ rediam, Pal. ¹⁸ in, Vr. ¹⁹ quod et fecit, fehlen in Pal. ²⁰ fehlt in Pal. ²¹ fehlt in Pal. ²² sollicitum pr. m., Pal. ²³ cui eius, Vr. ²⁴ ipse stetit vox aliquando, Pal. ipse stetit, fehlen in Vr. ²⁵ explorans, Pal. ²⁶ auscultans sec. m. abscultans pr. m., Pal. ²⁷ inquit, Pal.

* Dieser Berthold ist sehr wahrscheinlich der in Freiburg i. Br. verstorbene Dominikaner, der 1257 Reichtvater in Adelhausen war und durch seine Dialoge mit Albert d. Gr. berühmt ist. Weitere Nachrichten über ihn habe ich in der Einleitung zur Adelhauser Chronik zusammengestellt. Daß er schon unter Jordan im Exil war, widerfreitet obiger Vermuthung nicht, denn Jordan verunglückte 1236 durch einen Schiffbruch und Berthold starb erst nach 1257, er kann ihn daher wohl viele Jahre überlebt haben.